

sis illum conaturum prædixerat : cuius veritatem Numen eventu jam comprobasset. Amilcarem itaque vincutum cæsorum propinquai per urbem circumducunt , dirisque excruciatum tormentis cum extrema contuselia trucidant. Urbis exinde Principes quosdam miserunt , qui præcium illius caput ad Agathoclem perferrent. Hos semper exitus habent diaboli vaticinia : veritate sanè fallit. Fabulam reputat Briet. V. C. ann. 444. in expeditione Agathoclis in Africam ; quia Amilcar tunc revocatus Cartaginem , ut illam ab hoste defenderet ; maximè cum frustra Syracusas oppugnaverit : illoque in anno contigit eclipsis horribilis Solis, de qua , 15. Aug. .

DIES XXVIII. FEBRUAR.

Prid. K. **1** **G**rad. 8. Piscium : in quo vernus dies & favonius latè spirat. Ptol. Qui sub hac parte gradus nati , præsente Venere , aut Mercurio , religiosi , litteras tractantes , & Regibus noti. Firmicus. Extremitas alæ sinistra Virginis manè occidit. Justin. K. A. Praecedens in femore Herculis vesperè occidit. Alsted. Encyclop. Vir in tina sedens cum perizomate in manu. Spher. Arab. Inter Romanos dies ultimus mensis , ni annus bissextis , de quo postriedie. Moritur Cainam. Torniell. in Tabul. ann. 1235. Vid. 13. Maij. n. i. Eutych. Annal. Alex. signat hodie mortem Sem , filij Noe. Torniell. ann. 2156. tantum signat sub finem anni. Vide 5. April. n. 3. Fuit homo insignis inter homines , sicut Seth post Adamum , ita Sem celebratus ut inclitus post Noe. Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt , & super omnem animam in origine Adam. Eccli 49. 19. Longo vixit tempore , ita ut juxta Torniell. d. n. 2. perveniret usque in annum 18. Isaac. Hoccine die ab Alva, Tabul. 5. supponitur planctus pro filia Jepheth: de quo , 14. Jul. n. 7.

2 Postquam aliquot dies (Rab. Salom.) Quatriudu) Abner à David splendidis ac sumptuosis epulis adhibitus (expressis quæ fecerat in eum , allicito Israël , & satellitio Isboseth , quod totum ex Benjamitis , facto foedere , & traditæ fide) tandem petiit , ut dimitteretur , traducturus ad eum exercitum , & quod promiserat , re exhibuturus , & quasi in manum imperium gentis ei traditurus. Joseph. 7. Antiq. cap. 1. Illo in articulo venit Joab in Hebron cum exercitu salvo , & præda magna ex graffatoribus alienigenis ausis ingredi confinia Israël , occasione ca-

ptata ex bello mutuo inter domum David , & Saul : qui quidem ut scivit præfatum fœdus , vel timens privari exercitus præfectus , dirisque excruciatum tormentis cum extrema contuselia trucidant. Urbis exinde Principes quosdam miserunt , qui præcium illius caput ad Agathoclem perferrent. Hos semper exitus habent diaboli vaticinia : veritate sanè fallit. Fabulam reputat Briet. V. C. ann. 444. in expeditione Agathoclis in Africam ; quia Amilcar tunc revocatus Cartaginem , ut illam ab hoste defenderet ; maximè cum frustra Syracusas oppugnaverit : illoque in anno contigit eclipsis horribilis Solis, de qua , 15. Aug. .

Abner in-
terficiatur à
Joab.

3 Rabbini in quolibet articulo Scripturae nugantur. Quia in Abner prævalere nequibat patenter , estò fortis Joab , super illud 3. Reg. 2. 5. Posuit cruentem prælii in bâthio suo , quod erat circa lumbos ejus , & in calceamento suo , quod erat in pedibus ejus; fingunt , petiisse Joab ab Abner , quomodo dis- calceabatur sotularis , in eo qui nolebat accipere uxorem fratris sui mortui : & cum se inclinaret Abner , ut discalciaret se ; percusso eum Joab. Insulsissimum profectò. David audità Abneris nece , vehementissime indoluit , sublevataque ad cœlum dexterà (quod juramenti signum) coram omnibus protelatus est cædem Abneris factam sine suo consensu , nec consilio , execratus simul peremptorem ac socios necis. Sepelivit magnificè Abnerem in Hebron , Joab & fratrem sequens feretrum compellens scisiss vestibus ante cadaver plangere. Rex flevit & usque ad Solis occasum jejunavit. 2. Reg. 3. à 21. & Joseph. loc. cit. & latè Abulensi. ac Lyra- nus. In hoc Abneris monumento paucis post diebus , ut videbimus , 4. Mart. num. 5. pulcro ca- David caput Isboseth à sicarijs præcium , omni honore funerans condidit. Joseph. d. cap. 2.

Davidum
mopere de
morte do-
luit. & ma-
gnificè se-
pelivit.

4 Hac in die ut pridie diximus num. 3. eligitur in Regem Israël (segregati jam à domo David natus Dei) pessimus Jeroboam: Rex profectò dignus illorum subditorum , & illi illo. Magnis copijs collectis in Jerusalem ex duabus tribubus , scilicet , delectu centum & octoginta millium Roboam , vi alias

Jeroboam
eligitur in
Regem Is-
rael.

alias decem in officium intendit retrahere: at iussu Dei Vates sacer admiravit , fas non esse civile bellum ; potissimè cum divisio esset facta nutu Numinis , propter apostoliam Salomonis. 3. Reg. 12. a 24-2. Paralip. 11. à 2. & Joseph. 8. Antiq. cap. 3. Interim Roboam cum suis subditis observabat legem , sed duntaxat per triennium. Paralip. loc. cit. v. 17. quorum per duos annos Dominus expectavit poenitentiam ; votumque frustratum usque ad adventum Sesac, Regis Egypti (apud Herodotum , & Diodor. Silvulum dicitur Sebas , apud Kircher. Carrara.) de quo , 6. Mart. a 12. & 25. Maij. n. 2. Jeroboamus vero sovebat pectora altas cogitationes , ne amitteret in regno splendoris dignitatis , quantumvis cum dispendo atque ruina Religionis ; ut opere implevit , ut videbimus 15. Octobr. à n. 4.

5 Scitè morte Syriae Regis Benadad (de qua nudius tertius , num. 8.) a Joram Rege Israël ; nocturna occasione interregni (ut illi videbatur , sed falso) recuperandi Ramoth-Galaad , in cuius expugnatione , sagitta perficit Achab pater ejus ; decrevit cum auxilio Ochoziam , Regis Juda , magno priùs disposito belli apparatu , milite electo circum dare urbem , ut debili propugnatione existente , in

Obiectum à
Joram Ra-
mōth Ga-
laad.

priscam regni Israël redigeret potestatem. Gorianid. in Histor. Judæi. Plerique Historiographi socium hujus expeditionis signant Ochoziam , sed levi fulcro , ac sine Scripturę fundamento: etenim 2. Paralip. 22. 7. Volumatis quippe Dei fuit (dicitur) adversus Ochoziam , ut veniret ad Joram , ægrotantem in Jezraël ex vulneribus acceptis à Syris , in expugnatione Ramoth-Galaad. Si enim simul sufficeret ad urbis expugnationem ; ibi sanè vulneratum viseret , quin opus esset è Ierusalem in hujusmodi obsequium ascendere in Jezraël. Nec obstat , quod ibid. v. 5. & 4. Reg. 8. 28. dicitur de Ochozia: Abiit quoque cum Joram filio Achab , ad preliandum contra Hazael , Regem Syriae in Ramoth-Galaad. Intelligendum utique est de exercitu auxiliante , sed minimè de ipso Rege. Reliqua , 4. Mart. n. 8.

6 Post iuspendium duorum Eunuchorum astu & concio conjurationis Aman , qui tunc erat unus è septem Artaxerxis consiliarijs , sub Mamuchan nomine , quia coram illo aulicè , ne cognosceretur infidianum confors , summè extolleret fidem ac fidelitatem Mardochæi , quem ex corde avertabatur (de quo die 20. à n. 3.) Rex Assuerus exaltavit Aman , qui erat de stirpe Agag , & posuit solium ejus super omnes principes. Esth. 3. à 1. Abeni-Ezra hic. Fuisse genere Amalecitam ,

Mardochæus
ebus ho-
noratur à
Rege , &
depicitam
anum.

Ovid:

Numen , & auxilium per sacras querere sortes.

8 Distortè numis exponunt permulti contextum Estheris , cap. 3. à 7. nescientes è

Imperat
Aman ab
Assuero per
niciem ju-
deorum:

ado-

Quisnam
fuerit

adorationem, quo magis Assuerus in eum congerebat maiestatem) accesserit ad Regem & falsis imposturis illum impelleret in permissionem exterminij gentis (quoniam eam nominaret) rejecta summa argenti magna, quam Amanus regio fisco promiserat, & ab Assuero tradito annulo (cujus insigne vel Regis imago, vel Cyri, Persarum primi Regis, vel equi, cuius hinnitu Darius Hystaspis in solium elevatus; ut indicat Brisson. de Persar. Regib. lib. 2.) ut Amanus suo modo & genio de illa gente rebelli ficeret ad luctum. Hoc concessio, Amanus prima die Martij misit fortes (ut dicemus, n. 4.) allata urna in qua schedulae missae, in quibus scripti singuli anni menses, & mensium dies: exigitque dies 13. mensis Februarij venturi. Esther, 3. 7. & 13. Alij signant die 12. Mart. Die 13. litterae ad provincias scriptae; & die 14. sigillo regio obsignatae. Ita Sanctius in Esther, 3. n. 19.

9 Ab hujusmodi ambitu, ira & superstitione Amani, suppuratione Brieti, annis 311. nota fuit in Iudea exaltatio Tryphonis in Regem Syriæ. Perculit Simonis animum post Jonathæ mortem, intersectoris in solium inauguratio & perfidia auctoritas; ex qua totius regni ac regionum calamitas. Feicit (in fidem cogitationis Simonis) plagam magnam in terra. 1. Machab. 13. 32. Graphice Joseph. 13. Antiquit. cap. 12. Tryphon dum adeptus (infat) concupitam potestatem, non amplius dissimilare pravum ingenium valuit, quod priuat tege conatus est; quo magis animos hominum conciliaret sibi: quamprimum Rex declaratus est, absque persona Triphonem agere coepit. Quasi navis oppositis fluctibus cor quassabatur Simonis. Unde ex malis licet Judaica Respublica male habita à Demetrio Nicatore (ut dicetur, 22. Jun. n. 5.) decrevit cum illo societatem inire contra Tryphonem servum insolentem, missis ad illum velociter legatis; de quo 2. Mart. à n. 8. Interterè adiicitur Simon presidia Iudeæ, muniens ea turribus excelsis, & muri magnis, & portis & series, & posuit alimenta in munitionibus. Ibid. v. 33. Petr. Comest. hic cap. 13. Serarius & alij Expositores Sacri.

10 Hac in die à p̄fato articulo, elapsis annis, 140. Herodes Ascalonita, morte, cui vixit, animam tradidit Orco, quinto die postquam filium Antipatrum occidit, ut ex Joseph, 17. Antiq. cap. 10. diximus die, 23. n. 19. Ita signat Torniell. Ann. 4051. n. 43. & 44. Christus natus (ait) die 25. Decembr. ipse autem Herodes defunctus est circa initia Martij, proxime tum in sequentis: prope enim erat Pascha Iudeorum, ut manifestè colligitur ex Josepho, 17. Antiquit. cap. 11. Mortuus est sub finem anni, Anno Christi primo, per duos saltus menses inchoato. Idem Baron. 8. Ann. Christ. n. 10. Tunc licentia accepta loquendi vera de eo, qua palam vulgi judicia; quæ licet in cunctis reformentur a Josepho, quoniam tyrannus, impius, crudelis, improbusque; exprimit Egesipp. lib. 2. Excid. cap. 1. Mortuus, qui nunquam debuit vivere, post decessum regno Antigonum, ann. 34. ex quo autem à Romanis Rex declaratus est, 37. vir in omnes ex æquo servus, ira servus, juris dominus: fortuna autem propria ipsis, si quis alius. Imperio tyrannico regnavit, annis 31. sex vero legitimè; quoniam ne plus Judæi ab illo opprimerentur, jurarunt Regem. Philo, Breviar. de Tempor. 2. p. in fin. Plures noluerunt assentiri, ut ait Joseph. d. cap. 3. maximè ex Pharisæis, quos studuit de medio tollere. Requisivit (inquit idem lib. 15. d. cap. 13.) etiam ius-jurandum à Polionis Pharisæi, sameque sectatoribus plerisque: quod cum non impestrasset, non tamen in eos, uti in ceteros sevit. Illi pepercit propter summam in populo auctoritatem: ibid. Huic, quia prædicterat ei futurum Regem; de quo, 9. Maij, n. 11.

11 Illo ergo aulicæ turbulentia tempore, soror Herodis Salome, & vir eius Alexas, quia jam sine tyranni patrocinio, noluerunt exequi mandatum tyranni; interficiendo nobiliores Iudeorum, ut præceperat, & enixè commendaverat (de quo die 8. n. 8.) immòne ut pridem, fato funetus audiret; priusq; mors Regis innoteſeret: in Circō clausos, domum suam quenque dimisérunt; dientes, Regem ita jubere, ut in agros digressi curarent suam ipsorum negotia: atque hoc facto, magno beneficio universam gentem sibi devinxerunt. Joseph. d. 17. cap. 10-1. de Bell. cap. 21. & Egesipp. 1. Excid. cap. 45. Hoc gratias dictum, arbitratur Baronius ex Eusebio, Ann. Christ. 8. n. 10. nec sine fulcro: etenim jam ab Herode occisa fuerat Salome soror, cum viro, ut ait Philo in Breviar. de Temporib. in fin. Craftinā die propter foetorem intolerabilem sepultum cadaver; indicans cunctis, ubi jacebat anima. Vide postridie, à n. 6.

12 Anno 31. Christi, cum ipse staret secus stagnum Genesareth, & post sedisset in navi Petri docens turbas, hunc iussit in capturam mittere rete, qua traxit multitudinem magnam; quo expavit Petrus, & Andræas cum filiis Zebedæi: quos extunc vocavit, & illum promptè fecutos, hominem

Moritur He
rudes Ma-
gnus.

num pescatores constituit: ex illaque die, licet pridem discipuli essent, illi inseparabiliter adhæserunt. Alapid. Chronot. n. 16. A Polo ex Lamy chronic. illuminatio cæci juxta Jericunthem, & hospitium Christi in Zachæi domo.

13 Apud Romanos dies faustissimus, quia Tarquinij superati, etiam adjuvantibus Etruscis. Gyrald. K. Rofin. 4. cap. 6. & Plutarch. in Poplicol. ubi: Pugnatum pridie K. Martias: suffecto in consulem P. Valerio pro Collatino, qui cum Bruti filijs, & cognatis noctū decreverat Tarquinios intra urbis moenia recipere. Tit. Liv. 2. à seft. 10. Halicarn. 5. à n. 10. Victoria celebrata in fatis titulo Regifugium Regifugij: sed jam cum suis Rex expulsus: præliumque ex quo triumphus, Regifugium dictum, quia jugulata spes Tarquiniorum Romam redeundi, unde fugerunt Clusium ad Porsenam. Sine prodigo non refertur quicquam: unde fixerunt è luce proximo vocem Silvani excidisse (qua Etrusci fugerunt) uno minus ex Romanis cæsos ruisse, quoniam ex Etruscis; quod ita inventum est postridie. Valer. Max. 1. cap. 8. n. 5. Plutarch. d. & Liv. seft. 19. qui subdit: Arunti Tarquinio, dicenti, Dij Regum ultores adesse: occurrit: itaque se certamini offert Brutus: adeoque infestis animis occurserunt (neuter dum hostem vulneraret, sui protegendi corporis memor) ut contrario iūti per parram uterque transfixus, duabus haerentes hastis, moribundi ex equis lapsi sint. Idem Turfell. V.C. anni 245. Ex hujus victoria Valerius spolia legit, triumphansque inde Romanam rediit (de quo, 1. Mart. n. 13.) & collegæ funus quanto tum potuit apparatu, fecit. Multò majus morti decus, publica mæstitia, Funus. eò ante omnia insignis, quia matrone annum, ut parentem cum luxerunt, quod tam acer ulti pudicitie fuisse. Liv. seft. 20. & Plutarch. d. Ei etiam statua erecta cum pileo & pugione. Goltz. Pileus cum pugione insigne fuit libertatis. Pier. Valer. 40. cap. 3. Aul. Gell. 7. cap. 4. & Claud. Minos in Alciat. Embl. 150. Pro Jun. Bruto Consul electus Horatius Pulvillus. Briet. ann. V. C. 245. & Halicarn. 5. à n. 15. Addit Bulenger. de Prodigis, cap. 18. Duos viros speciosos & proceres à Romanis Tarquinios & Latinos vicos fuisse Romæ nunciatis. Idem Plutarch. in Paul. Amilio.

14 Tunc elatum Lucretiae uxoris Colatini, cadaver. Halicarn. d. & ille elegit exilium: statimque bona Tarquiniorum divisa, immò diripienda populo concessa, & domum regiam solo æquarunt, aulamque amoenissimam in campo, qui post Martius Tom. I. Ephem.

Statua So-
crati.

Tarquinia
Vestalis.

Templa in-
sula Tibe-
rine.

Ludi voii-
vi.

Triumphus
Curij Dea-
tati.

Ovid.

Funus.

Corn. Nepos, de Vir. Illustrib. n. 33. hic Andr. Schottus, & Machaneus. De Pyrrho celebris cesit ei victoria apud Tarentum,

vel propter elephantos territis Romanis.

quos triumphi in pompa duxit, ut essent eis latitiae, qui pridem fierant terrori. Briet.

V. C. ann. 439. quo ab Italia discessit Pyrrhus, eti reliquerit Milonem Tarenti, cui dedit in regimen civitatis sellam, pelle stram proditoris Niciæ in tériculum. At Curius prædam urbi tradidit, qua Romanum di-

tavit, jurans (ut inquit Plin. 16. cap. 38.) ex præda nihil attigisse præter guttum, quo sa-

cificaret. Idem Corn. Nepos, d. Valerius Maxim. 4. cap. 3. n. 5. Illius celebre apoph-

thegma